



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

48. de persona iudicantis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

Domino enim veniente ad iudiciū præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mūdi huius, & peribit cælum & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciem, quæ immutabitur: cælum quidem aereum, non æthereum. Tantum enim ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluuiio. Ille autem ignis malis qui reperti fuerint viui, erit consumptio, bonis verò non, vt ait August.

de ciui.
lib. 20.
ca. 18.

DE CONDITIONE ET
statu bonorum post iudicium.

DISTINCT. Quadragesimæ octauæ
CAP. Vnicum.

Erunt & præmiorum & suppliciorum differentia.

Sicut enim in domo patris, id est in regno cælorum, mansiones multæ sunt, id est præmiorum differentia: ita & in gehenna diuersæ sunt mansiones, id est suppliciorum differentia: omnes tamen æternam pœnam patientur: sicut omnes electi eundem habebunt denarium, quem pater familiars dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Noñ denarij aliquid oĩbus cõmune intelligitur. s. vita æterna, Deus ipse, quo oēs fruentur, sed impariter. Nā sicut erit differens clarificatio corporũ, ita differens erit gloria animarum.

Iob. 14
Chryf.
mat. 20

lan. 14. a.

mat. 20

E P I T O M E

Stella enim à stella, id est electus ab electo, differt in claritate mentis & corporis. Alij x. co. 18 enim aliis viciniùs clariùsq; Dei speciē contemplabuntur, & ipsa contemplandi differentia, diuersitas mansionum vocatur: domus ergo vna, id est denarius est vnus, sed diuersitas est ibi mansionum, id est differentia claritatis, &c.

DE STATV REPROBORUM.

D I S T I N C T. Quinquagesimæ
C A P. Primun.

*Damnatis mala voluntas erit
pœna, non culpa.*

Quidam autumant illam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Alij verò peccatū esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquā pœnam: quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicij, sed suppliciū mali meriti, quod in hac vita præcessit: de quo August. ita dicit: de fid. ad Pet. cap. 2. Tempus acquirendi vitam æternam in hac tantū vita Deus hominibus dedit, vbi voluit etiam pœnitentiam esse fructuosam, &c.

C A P. Secundum. Reprobi patiuntur
tenebras exteriores.